



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 47. Joannes Austriacus Cardinalis Papæ legatus Coloniam decretus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI.
A.C. 1583. matrimonium pertinentis excutiuntur, remittebat, vicissim vero a Cæsare petebat, ut auctoritate sua interposita Friderici Saxonis injuriosos erga se conatus coerceat, mandetque tam ipsi, quam ceteris Capituli Sodalibus, ut a maleficio in posterum abstineant, Archiepiscopum quoad Diæcesis administrationem minime impediunt, arces, & oppida ei erepta restituant, & motibus adversus eum concitatis finem imponant.

§. XLVII.

Joannes Austriacus Cardinalis Papæ Legatus Coloniam decretus.

Thuan. l. c. Nec magis prosper successus arridebat conatibus Joannis ab Austria Cardinalis, qui tanquam Papæ Legatus nullum non movebat lapidem, ut vix Coloniam delatus animos conciliaret: attamen nec pacem revocare, nec tumultus quavis ex parte suscitatos sopire poterat, quapropter infelicem hujus regionis fortem deplorans, cum omnia incassum tentari cerneret, Oenipontum rediit, inde vero de sinistro legationis suæ successu summum Pontificem certiozem reddebat.

§. XLVIII